riū/ꝗ contra ipm̄ vnde habet originē debes prelia-
re. ¶ Tertio aduerte aliā vitioꝝ diuerſitatem et na-
turā temptationū. Nam ſunt quedā vitia q̄ apte ad
malū trahunt/et ſuo īpetu volunt aīam opprimere:
ſicut ē luxuria vel iracūdia: et his debes reſiſtere cū
labore ꝛ dolore. Sunt alia que ſuo īpetu nō īpellūt
ſ; ſeducendo fallunt: et talia ſunt ſepius etiaȝ contra
appetitū: ſicut tēptatio de exceſſu vigiliaꝝ/ieiunioꝝ
et hm̄oi. Et hic nō tā opus ē fortitudine ꝗ diſcretio-
ne: Vn̄ ſm̄ Bern. nouiſſe in hac pte ē viciſſe/ꝛ crede-
re eſt vincere. ¶ Sunt aūt adhuc alia vitia q̄ parit̄
ſuo impetu impellūt et bonitatis apparitione/ſicut
ē: verbi gratia/affectus inordinatꝰ ad p̄dicandū: qui
ſeducit ſub pallio zeli aīaruȝ: īpellit appetitu laudis
et impetu reputatiōis. Et hec eſt p̄iculoſiſſima tēp-
tatio. Vn̄ hic primo opus eſt ſcire ꝛ credere eſſe tēp-
tationē: nec tn̄ ſcire vel ſciuiſſe ē viciſſe: ſ; et opus eſt
eius impetū laboribus et exercitijs refrenare.

¶ Qd̄ tres ſunt aſcenſus contra vnūqdq̄ vitiū. id eſt tres profectus ad oppoſitā virtutem.

¶ Capitulū. lv.

His igitur ad cautelam tuam de vitiorū cer-
tamine in generali premiſſis: nunc ad vitio-
rum ſingulorum certamina ſingularia deſ-
cendamus. ¶ Prius tamen ſcire debes q̄ contra
quodlibet vitium quod arripis debellandum/aſ-
cenſiones in corde debes diſponere/et quoſdam
p̄fectuuȝ gradus: vt ſcias quantum ad virutē ipaȝ

aſcendis vel deſcendis ad ipm vitiū. Igit cōtra qd/
libet vitiū tres potes diſtinguere grad⁹: quoꝝ pm⁹
eſt incipientiū/et ptinet ad primū graduꝫ aſcenſiōis
ad cordis puritatē q ē in timore. Scds ē pficiētiū/
et ptinet ad ſm gradū ſcde aſcenſionis q in ſpe agit
Tertius grad⁹ ē pfectoꝝ/et ptinet ad vltimū gra
dum aſcenſionis ad puritatem.

De aſcenſionib⁹ contra primū vitium quod ē gula. Ca.lvj.

PRimū aūt certamen ē cōtra vitiū gule. In
de primo diabolus primū hoiem tēptauit
et ſupauit: inde ſm hoiem prio tēptauit/et
ſuccubuit. Itē hoc vitiū ē ſitū qſi in finibus nature.
Si igit ipm nō potuim⁹ ſupare: quō ſpūalia ſupere
mus extra fines nr̄os carnalis nature nos ipugnan
tia? Contra iſtud vitiū aſcēdim⁹ p virtutē ſobrietat
p quā aſcenſiōes in corde diſponim⁹ ꝯ gulam debel
lādā. Sobrietas aūt virt⁹ dicit/q corporis alimēta
cū recto moderamie admittūt. Triplicē aūt gradū
vel aſcenſū cōtra vitiū gule debes in corde diſpone
re/vt poſſis gule appetitū refrenare ꝛ qntū ad h vim
cōcupiſcibilem reformare. Prim⁹ aſcēſus cōtra gu
lā.i.prim⁹ grad⁹ virtutis ſobrietatis ē patient ferre
cū nō pōt haberi cibus vel potus delectabilis: ꝛ nō
contriſtari cū nō habent interdū deſiderata ad libi
tū. Sed i hoc gradu guloſus multa patit certamia
et gule tela. Vn̄ opus habet vt hic aliqdiu ſtans p
lietur et gulam ſuperet. Scias ergo q natura gule ē
vt cauſet in concupiſcibili inordinatū appetitū cibi
et potus quo impediat ab aſcenſu: et talis affectus